BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Seite 307r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Trophimum autem reliqui infirmum
mileti. Festina ante hyemem uenire
ad me. Salutant te eubolus et prud
ens et linus et claudia et fratres omnes.
Dominus noster ihesus cristus cum spi
ritu tuo. Gratia dei uobiscum. Amen.
Explicit epistola pauli ad Tymotheum
Incipit prologus in epistolam ad Tytum
Tytum commonefacit et instruit
de constitutione presbyterii et episcopa
li conuersatione et de hereticis
uitandis. qui traditionibus
iudaicis credunt. a nichopoli scribens ei.
Explicit prologus. Incipit epistola pau
li ad Tytum.
Paulus seruus dei. apostolus
autem ihesu cristi secundum
fidem electorum dei et ag
nitionem ueritatis que secun
dum pietatem est in spem
uite eterne. quam promisit qui non
mentitur deus. ante tempora secularia
manifestauit autem temporibus suis
uerbum suum in predicatione que cre
dita est michi secundum preceptum
saluatoris mei dei. Tyto dilecto filio se
cundum communem fidem. Gratia et pax
a deo patre nostro et cristo ihesu salua
tore nostro. Huius rei gratia reliqui
te crete. ut ea que desunt corrigas et con
stituas per ciuitates presbyteros sicut et ego tibi
disposui. si quis sine crimine est unius
uir. habens filios fideles. non in accusatione
luxurie aut non subditos. Oportet enim
episcopum sine crimine esse. sicut dei dispen
satorem. non superbum. non iracundum
non uinolentum. non percussorem. non tur
pis lucri cupidum. sed hospitalem
benignum. prudentem. sobrium ius
tum. sanctum. continentem eum qui
secundum doctrinam est fidelem ser
monem. ut potens sit exhortari in
doctrina sana. et eos qui contradicunt
arguere. Sunt enim multi inobedi
entes uaniloqui et seductores. maxi
me autem qui de circumcisione sunt quos
oportet redargui qui uniuersas domos
subuertunt docentes que non oportet
turpis lucri gratia. Dixit quidam
ex illis proprius eorum propheta. cuius
nomen epimenides. Cretenses sunt men
daces. male bestie. uentris pigri. tes
timonium hoc uerum est. Quam ob
causam increpa illos dure. ut sani sint
in fide. non intendentes iudaicis fabu
lis et mandatis hominum auersantium
se ueritate. Omnia munda mundis.
coinquinatis autem et infidelibus nichil
est mundum. Sed coinquinate sunt
eorum mens et conscientia. Confi
tentur se nosse deum. factis autem ne
gant cum sint abhominati et incredi
biles et ad omne opus bonum reprobi.

II

Tu autem
loquere et doce que decent sa
nam doctrinam. Senes ut
sobrii sint. graues. pudici. prudentes
sani in fide. in dilectione dei. in pacientia.
Anus similiter in habitu sancto. non cri
minatrices. non uino multo seruien
tes. bene docentes. ut prudenciam
doceant. Adolescentulas ut uiros
suos ament. et filios suos diligant.
prudentes. castas. sobrias. domus curam